

PRIMA
LECTIO
 FEV DALIS
PETRI CARAVITAE
 I. C. NEAPOLITANI

Aduocati Primarij, & in Almo Neapolitano Gym-
 nasio Feudorum Interpetris.

HABITA DIE DOMINICA
*Decima Martij 1647. in Liceo Maiori Publici
 Regij Studij.*

CORAM EXCELLENTISSIMO PRINCIPE
D. R O D E R I C O
PONCE DE LEON
D V C E C I V I T A T I S D E A R C O S
 Marchione de Zara, Comite de Baylen, & Ce-
 fares, Domino Domus Ville de Marche-
 na, & Garzia.

E T I N R E G N O N E A P O L I T A N O
 Vicerege, Locumtenente, & Capitaneo Generali.



ILL.^{MO} ET EXC.^{MO} PRINCIPI
D. RODERICO
PONZE DE LEON

D V C I C I V I T A T I S D E A R C O S

Marchioai de Zara, Comiti de Baylen, & Cesares,
Domino DomusVille de Marchena, & Garzia,

E T I N R E G N O N E A P O L I T A N O

Proregi, Locumtenenti, & Capitanoy Generali.

P E T R U S C A R A V I T A



V M me tua summa be-
nificentia (Princeps Ex-
cellentissime) Fendalis
Cathredæ munere decorasses; Le-
ctionem Primam tua Præsentia,
superiucunda attentione, & tuo
Iudicio illustratam, typis dare mihi
mandasti; sic tantos in me benefi-
ciorum aggeres cumulando, tuo

maximi Principis more; vt nisi in
beneficijs creueris, nihil te præstis
tisse putas. Nam tuis lusis obtem-
perauit, & quam tenebris destina-
ueram, luci nunc trado, vt à tuo Sô-
le, & à Te solum Splendorem re-
cipiat: Illa ergo ingenti, qua es im-
butus benignitate à tua humilissi-
mo, & obstrictissimo Seruo hoc
munuscum excipe, & quo debi-
to famulus tenetur in tuis seruitijs
crescam, & dum nihil odisti eorum
quæ fecisti, digneris seruum ipsum
inspicere: Vale.

EL Duque mi Señor ha sido consideracion tales para
estos, y meritos de V.S. ha tenido por bien entretanto
que ascendé V.S. à alguna Plaza del Consejo, ó
Cámara, trázerle merced dela Cathedra, que solli-
mamente ha vacado por muerte del Presidente del
Sacro Consejo, fiado en que con su acostumbrado zelo,
y cuidado la servirà con el acierto, y satisfaccion, que
conviene; y assimé ha mandado se lo avise à V.S.
para que lo tenga entendido, y acuda à esta Secretaria
por el despacho necessario. Palacio, y Febrero à 14.
de 1647. Con rubrica de S.E.

D.Christoual de Ribera.

Señor Doctor Pedro de Garauita.

EL Duque mi Señor ha sido servido hazer merced
al Doctor Pedro Garauita dela Cathedra, que solli-
mamente ha vacado por muerte del Presidente
del S. C. entretanto ascendé à alguna Plaza de
aquel Tribunal, ó dela Regia Camara; y me ha
mandado avisarlo à V.S. para que en esta conforme-
dad le haga dar por la Cancelaria el despacho ne-
cessario en la forma acostumbrada. Palacio 14 Fe-
brero 1647. Con rubrica de S. E.

D.Christoual de Ribera.

Señor Secret. del Reyno Duque de Canzano.

EL Duque mi Señor ha sido servido de hacer mera
cordial Doctor Pedro Garaizta dela Catedra,
que ultimamente ha vacado por muerte del Presi-
dente del S. C. entretanto, que ascende à alguna
Plaza de aquell Tribunal, ó de la Regia Camara,
fiado en que con acostumbrado zelo, y cuidado la
seruira, con el acuerdo y satisfacion, que conviene,
y me ha mandado avisarlo à V. para que lo tenga
entendido. Palacio 14. de Febrero 1647. Con ru-
brica de S.E.

D. Christoual de Ribera.

Señor Capellan Mayor.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

Renecide Vir Reg. fidelis dilecte. Vacando la Ca-
tedra de Fouci nelli Publici Reali Studij di
questa Fidellissime Città per morte del quond. Spe-
ciale Presidente del Sacro Regio Consiglio Andrea
Marchese; conmenendo prouederla in persona
di doctrina & experienza, concorrendo queste, &
ogni altre buone qualità nella del Magnifico Dottor
Pietro Carauiza; si è parso prouederlo in la Cathe-
dra predetta, bratano, che ascenderà ad alcuna
Piazza di quel Tribunale del Sacro Conseglio, ó de
la Regia Camara. Che perciò con questa redicione,

*che debbiate ammetterlo alla administration d'essa ,
fandoli godere, & correspondere de tutto quello, che
per ciò li spetta, & pertiene, così come ha goduto, & si
è corrisposto al detto quondam Spettabile Presidente
Marchese, & altri predecessori in detto carrico , che
tal è nostra volontà. La presente resti al presentante.
Dat. Neap. die 23. Februarij 1647.*

EL DVQVE DE ARCOS.

*Vid.Zufia Reg. D.Coppula Vid.Casanate Reg.
Vid.Sanfel.Reg. Secr.
Vid.Capyciuslat.Reg.*

Anastasius.

Al Reuerendo Regio Cappellano Maggiore, V. E.
prouede in persona del Magnifico Dottor Pietro
Carauita la Cathedra de Feudi, che nelli Publici
Reali Studij di questa fidelissima Città vaca per
morte del qu. Spettabile Andrea Marchese Pre-
sidenté del S.C. tra tanto, che ascenderà ad alcu-
na Piazza di quel Tribunale, ò della Regia Ca-
mera, vt supra.

କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା

କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା

କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା କାନ୍ତିର ପଦମାଲା

SVMMARIVM.

- 1 **O** Ratio ad Principem.
- 2 Refertur questio Isernia, & eius resolutio.
- 3 Emendatur litera Isernia.
- 4 Pralatus nouus successor non tenetur ad solutionem Releuij pro feudo Ecclesie.
- 5 Pralatus non est Dominus bonorum, & feudi Ecclesie, sed Administrator, defensor, & dispensator.
- 6 Dominium bonorum, & feudi Ecclesie semper est penes ipsam Ecclesiam, quae possider per Pralatos, sicut per procuratores, & colonos.
- 7 Releuij solutio moribus est introducta in uno casu successionis in feudo.
- 8 Quod datur Ecclesie, datur Deo.
- 9 Afflicti ratio refertur, & refellitur.
- 10 Ecclesia respectu feudi subest Domino feudi, & in Regno adest concordia cum Sanctissimo.
- 11 Isernia secunda ratio refellitur.
- 12 Ecclesia in feudo utitur iure priuati, & sicut alij feudatarij utuntur.

B

13 Ar-

- 13 Argumentum contra rationem Isernia, &
resoluitur num. 15.
- 14 Releuium in Regno est taxatum in medie-
tate fructuum, quod exigitur in pecunia,
& quid in Regno Sicilia.
- 15 Releuium non est onus fructuum, nec intrin-
secum feudi.
- 16 Releuium soluitur ratione inuestiturae, que
petitur.
- 17 Contractus vel quasi fit cum Domino, ratio-
ne petite inuestiturae, & contrahitur tacita
hypotheca.
- 18 Hypotheca tacita contracta pro solutione re-
leuij, est cum prælatione super feudo, etiam
cum creditoribus cum affermatione, & ita obser-
uat Regia Camera, & quare e.
- 19 Decisio Regie Camere in causa creditorum
Marchionis Grupula refertur.
- 20 Actio pro exactione releuij, que competit Fili-
scu, ex Isernia.
- 21 Releuium est onus feudatarij, & quantumodo
ex distinctione Marchionis Torelli.
- 22 Decisio S.C. in causa creditorum Ducis Gra-
uinæ refertur.
- 23 Isernia doctrina, aliorum DD. testitutio co-
probatur.

24 Sty-

- 24 Stylus Camere secundum modernos circa solutionē relevij pro feudo Ecclesiae, refertur.
- 25 Marchio Belmontis aliter scribit.
- 26 Ex stylo Cancellarie Vniuersitates soluunt releviū singulis quindecim annis pro feudo secundum Frecc. & declaratur num. 27.
- 28 Quindennium soluitur de beneficijs, & bonis emphiteticis Ecclesiasticis, quando deueniunt ad manus mortuas.
- 29 Marin. Freccia notatur.
- 30 Rex autem tenetur assentire, si Ecclesia offert soluere quindennium, cum decis. Reg. Camerae, & Collat. Conf.
- 31 Assensus Regis, non autem Proregis requiritur in alienatione feudi in manus mortuas, & de stylo Cancellaria respectu hypothecæ.
- 32 Decisiones Reg. Camere referuntur circa relevium soluendum per Vniuersitates.
- 33 Doctori attestanti de stylo, & consuetudine, non est credendum.
- 34 Clausula de retenio soluendo pro feudo Ecclesie, vel Vniuersitatis non apposita in uestitura, vel assensu, an confeatur apposita tanquam de stylo Cancellaria.
- 35 Articulus de clausulis apponi solitis, & omissis, remissive.

B 2 36 Clau.

- 36 Clauses constituti, & præcarij, & pacti de
capiendo omissa in assensu, cœsentur apposita.
- 37 Clauses de soluzione relevij facienda per Ec-
clesiam, & Uniuersitatem omissa in inue-
stitura, vel assensu, non censemur apposita,
licet esset de stylo Cancellarie secundum
opinionem Authoris, cum decis. Reg. Cam.
- 38 Tenor inuestituræ, & assensus attenditur,
etiam contra consuetudines fendorum.
- 39 Clauses, quæ sunt de stylo Cancellarie, si nō
apponuntur, & non sunt necessariae, nō vi-
tiatur actus, & si apponuntur, quæ de sty-
lo non erant apponenda sunt fernande.
- 40 Clauses, iuribus nostris, & alienis semper
saluis, quando nihil operatur.
- 41 Decretatio, quod fiat in forma, quid opera-
tur, clauses solitis omissis.
- 42 Releuium non comprehenditur sub reserua-
tione seruitij.
- 43 Inuestitura dubia interpretatur secundum
stylum, & consuetudinem.
- 44 Releuii tempus, & quantitatis interpreta-
tur ex stylo, & consuetudine.
- 45 Declaratur doctr. Isernia de solutione relevij
in casu successionis, & refertur decis. R.C.
- 46 Veniens iure accrescendi, non debet subire
releuium remissiæ. Re-



EGVM est , atque
Gubernantium (Prin-
ceps Excellentissime
Proregum optime) le-
ges constituere, easque
docere , sicut & exe-
qui a . Inutiles enim

essent leges, si non manifestarentur, & Ci-
ues in illis non assuescerent ; assuescere
autem non possunt, nisi a Doctore magi-
stro instituantur. b . Sic David c , & Iosaf-
at d Hierosolimitani Reges subditorum
prosperitati consulentes (in qua & Prin-
cipes prosperantur e) leges edocendas cu-
rarunt . Sic apud Assyriorū f , Persarum g ,
Tuschorum h , Lacedemonum i Reges sa-
citum , & obseruatū traditur . Marcus
Antonius Romanorum Imperator cum
primum Athenas venit Doctores pro legū
doctrina instituit k . Julianus Cæsar , &
hoc ipsum agnouit munus , & cùm in sin-
gulis Ciuitatibus adesse non posset decre-
to Curialium optimorum conspirante con-
sensu remisit l . Carolus Magnus , & No-
nus Alphonsus Castellæ Rex delectis Ma-
gistris legum scholas crexerunt m . In hoc

a Petr. Greg.
de rep. lib. 17.
c. 11. in princ.

b l. 2. S. post
hoc deinde, ff.
de orig. iur.
Arif. lib. 5.
polis. c. 8.

c 1. Paralip.
c. 26. ver. 29.
d 2. Paralip.
cap. 17. ver. 7.
& seq.

e Bonifac. 8.
in probem. 6.
decretat.
f 4. Reg. c. 17.
ver. 26. & 27.
g 1. Esdra
cap. 7.

h Berof. lib. 5.
in Niño.

i Pet. Greg. d.
cap. 11. nu. 3.

K Pet. Greg.
de rep. lib. 15.
cap. 1. nu. 25.

l Magist. C.
de Profess. &
Med. lib. 10.
m Petr. de
Greg. d. cap. 1.
n. 23.

a Ipse Ca-
mer. in c.
Imperiale,
S. propte-
rea Doca-
ens, car. 98.
lit. S.

o Vt in
suis repet.
feudal. in
præfct.

p Vt in
suis locatio.
feudal.

q In suo
diuer. feud.

r In suis
repet. feud.

s Anellus
Amat. in
Prologo-
men. feud.
in præfct.

t Ipse ubi
supra.

u Bernar.
tib. 4. de cō.
fid. ad Eu-
genius M.

nostro almo Neapolitano Gymnasio, antiquioribus temporibus omisis, & Proregum iussu aliquando, & decreto, antecessores, Doctoresque Magistri constituti sunt; feudorum tamen Cathedra semper Proregum delectioni debito iure specialis remansit, modo proiectis causarum Patronis praepositis; modo Regijs Consiliarijs. Regiae Cameræ Præsidentibus, eiusdemque Fisci patronis, qui hic Collaterales, & in supremo Italæ Consilio Regentes Sacri Cōsilij Præsides, & eiusdem Regijs Cameræ Locutio[n]en[ti]s euaserunt, sicut & Aduocati ipsi ad eadem supremorum Magistratuū munera deinde electi sunt. Tales namque fuerunt Bartholomæus Camerarius n, Io: Antonius Lanatius o, Io: Franciscus de Ponte p, Camillus de Curte q, Io: Andreas Georgius r, Io: Baptista Melior s, Anellus Amatus t, & Andreas Marchesius, ad cuius iam defuncti substituendas vices in ipsa die obitus non currentem, sed cunctantem, non attitat frontis, sed verecundum u, me eligendo dignum fecisti, Excellentissime Princeps. Sanè par erat, ut miseri de Principiū beneficijs tractatuero, & hoc

& hoc tanto beneficio dares; & sicut Gé-
 tiles mei pluribus Principibus successiuè
 ministrarunt, ego te auctoritate eisdem pluri-
 bus ministrarem. Sicutu[m] enim ille Eques
 Alvarus Caravita generalis Aragonum
 Baijlo cum Alphonsu[m] I. Rego Neapolim.
 cum aliquibus suis appulus pro tutanda
 eiusdem Regis vita in Castro Capuanæ
 propriarib[us] vitam obiit. ut meritò deuo-
 tissimis posteris suis in Regno remansis da-
 deret. sic eisdem Alphoni successoribus,
 nempè felicissimis & Augustissimis Au-
 striacis Regibus omnibus in eodem Castro
 Capuanæ rogatos deseruire. & dum ho-
 rum omnium Principum Feudales Consti-
 tutiones me interpretatum posuisti, Ex-
 cellentissimis Dominc, iphis omnibus insi-
 mul deseruire fecisti. Tibi gratias refer-
 te, immortalesq[ue] latides tuas receperere, Re-
 giae domus rur Magnates, & Procerescum
 torum affidis in Hispania sexcentorum
 annorum certiculo, praelarisimis ge-
 stis y commenorare. & si hic deberem; non
 tamen valeo; alium namque optimè ex-
 cultum non me bastur intenta Oratorem
 depositum. Officidius & Congomen, &
Saddoul.
in Chron.
Alphoni 7.
fol. 449.
 Stem-

Stemma ostendit & Arcensis Ducatus; Arcus enim magni est Nominis. Si de Cœlesti sermo est, scriptura dicit z : *Vide Arcum, benedic eum qui fecit illum, valde speciosus est in decore suo.* Si de triumphali, *Arcum marmoreū S.P.Q.R. Druſo dicitur.*

aa Sueton. in vita Claud. cap. 12. aa Si de Militari, eminus arcet hōstem. Si de eo, quod est Lyræ, dulcem sonum componit. Si de illo ædificiorum, ad substendandum ponitur. Sub Tui ergo Arcus auspicij, Dñino inuocato. Numine Lectionem aggredior ad doctrinam Isernia in cap. 1. verisimiliter nu. 15. cum tribus sequentibus, de Capit. Conrad. præstantissimi Prædecessoris sequendo institutum.

Posuit Isernia in præcedenti num. 14. quomodo hæredes Vassalli dant televia Dominis, & inter hæredes quomodo teneantur minores, de quo eximius prædecessor noster in suis postremis Lectionibus copiè traxauit. In num. 15. cum tribus seqq. querit, An Prælatus nouus successor soluat televium, si tenet feudum, & conclusivè respondet : nam videtur uti iure priuati, argum. est in seq. S. Et hoc fuisse uitatum soluere Ecclesiam illam pro feudo, alias non tenetur.

Illud

3 Illud verbum, *nam*, ponitur ex emenda-
tione Loffred. hic in sua *parafraſi*, & *Epi-*
scop. Nicot. Liparuli, quia in litera corru-
pta *Ifernæ* habetur, non videtur, & non
correspondet cum seq. verbis.

4 Regula igitur ex *Ifernæ* desumitur: Præ-
latum nouum non teneri ad solutionem
releuij: item & exceptio ad ipsam regulam,
nisi vſitatum sit Ecclesiam illam soluere:
regulam probat duabus rationibus; & pri-
ma, quia Prælatus non est Dominus bo-
norum Ecclesiæ, sed procurator, cap. 2. de
donat. aliquando dicitur dispensator, ali-
quando administrator, aliquando defen-
ſor, cap. Casellas, cap. Episcopus 10. q. 2. cap. in
Canonibus 16. quæſt. r. & dominium bono-
rum, & feudi Ecclesiæ semper est apud ip-
sam Ecclesiam, l. iubemus, S. scientes, S. si
quando, C. de ſacros. Ecclef. & tunc traditio-
ne transit ipſo iurc. l. fin. C. eod tit. propte-
rea Ecclesia poffidet per Prælatos, sicut
per procuratores, & colonos, l. ſicut, ff.
quod cuiusq; Vniuers. nom. Sed ſolutio re-
leuij est inducta in uno caſu, ſcilicet, cùm
7 ſucceditur in feudo, & ſic ſe habet conſue-
tudo, mox, & forma Curiæ, ergo Prælatus,

C qui

qui non succedit in feudo, non tenetur ad solutionem releuij, cùm ille mos, & consuetudo sit contra ius, non trahitur ad aliū casum similem, etiam si adesset eadem ratio, sicut solutio de ~~prælaustro~~ vini, non trahitur ad ~~prælaustum~~ olei, l. 1. C. in glo. C. quæ sit longa consuet. & odiosa restringuntur, non autem ampliantur, l. cùm quid, ff. de liber. & posthum.

8 Secunda ratio *Isernia* est, quia quod datur Ecclesiæ datur Deo, qui immortalis est, l. 4. ff. ad l. I. *l. pecular.* l. 1. §. ad municip. ff. ad l. *falcid.* sed debet esse differentia inter res humanas, & diuinæ, siue cœlestes, l. *sancimus,* la *seconda,* C. *de Sacros.* Eccles. ergò Prælatus non debet soluere releuum, prout soluit laicus, ut sit differentia inter res humanas, & diuinæ.

Afflict. hic num. 9 addit aliam rationē, quia consuetudo solutionis releuij est laicorum, quæ Ecclesiæ non ligat, cap. bene quidem 96. distinct. hæc ratio *Afflicti* fuit ab *Isernia* excogitata, & tanquam non subsistens resoluta, dum hic num. 17. dicit, quod in feudo, quod Ecclesia tenet à temporali Domino, subest ei, à quo tenet, cap.

verum

verum, cap. licet, de foro compre. cap. ceterum,
 id de indic. & in Regno adest concordia facta
 cum Sanctissimo, ut in cap. Regni 94. incip.
 Item statuimus, quod Clerici, & in pragm. i.
 de Cleric. & Diac. salvat. Et ideo Ecclesia
 feudataria dicitur vassallus, DD. apud Reg.
Merlin. torn. i. controv. for. cap. i 3. num. 39.
 Ergo Ecclesia ipsa feudataria vtitur iure
 priuati, & consequenter ligatur consuetu-
 dine aliorum feudatariorum, & ex hoc
 etiam respondet ad secundam rationem
Isernia, scilicet circa solutionem releuij,
 nullam esse differentiam inter res huma-
 nas, siue terrenas, & res diuinias, siue caele-
 stes, dum Ecclesia vtitur iure priuati, & si-
 cut ceteri alij feudatarij laici vtuntur, quod
 pluries dixit *Isern.* hic, & in constit. Regni,
 incip. Iusticiarij nomen, *Lucas de Penna* in
 l. si diuina, num. i 3. C. de exact. tribut. lib. i o.
 Afflict. in cap. i. num. 69. & 70. ex quibus
 causis. feendum amittatur, *Ioan. Monac.* in
 cap. quia nonnulli, num. 2. de immunit. Eccl.
 lib. 6. *Iacobin. de Sanc. Georg.* in inuest. feud.
 in verb. in feendum, num. 33. fol. 189. à ter
 par. i. 10. vol. tract. dicens. Restat propterea
 illa sola ratio *Isernia*, quod Praelatus nouus

non tenet folvere releuium, quia non est Dominus feudi, sicut & ipsa vnicaratione residet hic in d. num. 17.

13 Sed contra hanc vnicam rationem *Iserniae* argumentor, nempe: In hoc Regno releuij præstationem consistere in medicitate fructuum feudi illius anni, in quo moritur feudatarius, quam medietatem exigit Curia in pecunia, *Theodor. alleg. 21.* licet in Regno Siciliæ sit aliter taxatum releuium, *Mastrill. decif. 1 v 2. n. 8. Intriglio. de feud. cent. 2. art. 93. num. 82.* sed Prælatus respectu fructuum tenetur Domino, sicut vassallus laicus, & circa fructus sibi præiudicat, ut habetur in S. seq. *incip. Ieron. si Clericus*, ergo tenebitur ad solutionem releuij contra doctrinam *Iserniae*: Sed defendendo *Iserniam* pro responsione dico, re-

14 leuium non esse onus fructum, nec feudi intrinsecum, sed esse quandam præstationem extrinsecam à feudo, ut pluriès dixit idem *Isern. bic nu. 21. & 24. & in cap. 1. S. sed etiam res. nu. 11. per quos fit inuest. Reg. de Pont. in tract. de potest. Præreg. in tit. de refut. feud. S. 4. nu. 4. & 14. & soluitur ratione*

15 inuestituræ, quam petit hæres vassallus,

per

per quam habet confirmationem posses-
sionis, & veteris inuestiturae, & soluit Do-
mino releatum ob reuocatum, quam de-
bet Domino, & sic non est propriè inuesti-
tura, sed abusua, *Ifern. hic non. 21 vers. hec*
autem inuestitura; & in cap. 1. quid sit inue-
stitura, *Frecc. lib. 2. de subfeudi. art. 3. nu. 3.*
&c. q. Praef. Franch. decis. 121. Gizzarell. de-
decis. 8. in princ. Marchio Torelli decis. 92 m. 9.
Reg. de Pont. lect. feud. 2. num. 30. Reg. Rou.
in prag. 4. num. 9. de feudi. & in pragia m. 11.
de offic. Procur. Cas. Georg. allegat. 18. nu. 23.
Anell. Amat. conf. 14. nu. 45. Camill. de Me-
dicis conf. 55. nu. 4. Borrell. in suam uicem
uniuers. rom. 1. tit. de releuio; num. 5. Reg. Ga-
beor. controu. for. lib. 1. controu. y. & lib. 2.
controu. 3. num. 38. Mastrill. d. decis. 152. n.
7. Jacobin. in d. inuest. in verb. quod quidem
inuestitus, num. 78. Marcian. conf. 34. nu. 1.
lib. 1. Caput. de iure releuij, pars 1. q. 7. Ex qua
17 petitione inuestituræ fit contractus cum
*Domino, secundum *Afl. d. num. 9* sed me-
lius fit quasi contractus secundum *Frecc. d.**

num. 40. ex quo quasi contractu Fiscus
habet tacitam hypothecam super feudo,
l. 1. & l. 2. *C. in quibus causis tacite pignus*

con-

conservatio, laus et iure; S. Fiscus, ff. de iure Fi-
 liorum scip. & illam tacitam hypothecam habet
 cum prælatione in ipso feudo omnibus
 creditoribus vassalli, etiam cum assensu,
 quia contrahitur ratione fendi, et ex teno-
 re inuestitur vassalus tenetur Domino ad
 omnia, quæ debet ratione feudi, & dicitur
 inuestitura contractus velro, citroque obli-
 gatorius, Camill. de Medic. cons. 1 g. & ideo
 pro soluzione relevij Fiscus præfertur, pro-
 prius in dies obseruat Regia Camera, & mo-
 lestat, etiam tertios possessores feudi,
 Frecc. d. num. 4 Reg. de Pont. in d. tract. in
 in sit. de regal. imposit. in princ. nu. 13. Regens
 Rox. in d. prag. 1. nu. 1. 1. de offic. procur. Cef.
 Microbio Torelli. Reg. Capya. Let. in consult.
 13. nu. 25 lib. 1. Capa. d. p. 1. q. 7. Reg. Mo-
 les in tract. manuscripto, de Regal. Regni
 Neap. sit. de relevijo. q. mibi 12. Et in
 causa creditorum Marchionis Grupulæ,
 in qua Fiscus prætendebat terram Grup-
 ulæ esse devolutam in beneficium Curiæ
 ob mortem Marchionis absque herede in-
 feudis, & frater veerinus prætendebat, ipsū
 esse heredem, & comparuit in Regia Ca-
 mera, denunciando mortem fratri, paten-
 do

do iquestituram, offerendo releuium, tandem Fiscus deuenit ad concordiam cum fratre vterino, & illum admisit ad successionem, & voluit releuium pro qua pecunia peruenta ex fructibus Grupule fuit liberata Regiae Coriae exclusis creditoribus Marchionis, etiam cum assensu. Et ego eram Adlocutus creditorum, & instabam, illam concordiam non debere afficere creditoribus, & nihilominus pro Fisco fuit citatus, tex. in l. filii quem in potestate ff. de boni poss. contra tab. vbi beneficium est vnuale, & hec non coheradicunt dicta doctrina Iferniae, quod releuium est praestatio extrinseca a feudo, quia non per hoc competit actio personalis cantura pro releuio, ut dicit Camill. de Medicid: conf. 13. in princ. Sed est praestatio extrinseca a feudo cum hipoteca feudi orta ex illo contractu, seu quasi ratione petitionis iuestitoris; & sic est onus feudi non intrinsecum, sed extrinsecum, contractum per feudatarium, quia illa hypotheca est onus, & ita sunt intelligendi Anna conf. 4. ma. 17. lib. 1. Camill. de Medicid: conf. 18. Marchio Belmontis Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regni tit. 20. quo de stipendioles iusta est.
 pet.

per. Et in Consil. incip. Post mortem, nū. 37.
Martian. ad: consil. 4. nūm. 1. dum dicunt,
 quod hodie relevium est factum onus feu-
 di, nam Regia Camera molestat testios
 possessores, quia hoc est intelligendum de
 onere. extrinseco orto, ex contracto per
 ipsum feudatarium, & *Martian.* dicit, qua-
 si onus. Et *Capan.* par. 3. ponit quatuor
 questiones 1. 2. 3. Et 4. Et propterea pro-
 priè est onus ipius hereditis feudatarij, &
 in eius damnum cedit, non autem in dam-
 num creditorum feudatarij defuncti, ut
 fuit iudicatum in S.C. *Gazzarelli.* d. decis. 8.
Marchio Torelli d. dec. 92. vbi & de alio
 pulchro casu, in quo fui Aduocatus, quod
 limitat idem *Marchio Torelli* d. consil. 13.
 nūm. 25. Et procedat respectu cre-
 ditorum cum assensu, respectu quorum he-
 res non potest deducere solutionem factā
 pro relevio, sed respectu creditorum sin-
 assensu, & respectu legatariorum tenet
Marchio, quod solutio relevij cedit in eo-
 rum damnum, & heres potest deducere,
 & in causa creditorum. *Ducis Grauinæ*
D. Michaelis Antonij Vrsini in una Aula
 per S.C. fuit iudicatum, solutionem relevij
 ce-

cedere in damnum creditorum, & Ducissa
 Sermoneræ soror, & haeres fuit declarata
 creditrix patrimonii Ducis Don Michaelis
 Antonij fratris pro quantitate soluta pro
 releuio, Aquario Carbono. Ex quibus om-
 nibus solutio releuij non est onus intrinse-
 cum fructuum feudi, sed onus ipsius feu-
 datarij in ipso feudo succedentis; & idèò
 Prælatum non succendentem in feudo, non
 teneri ad solutionem releuij iuxta doctri-
 nam Iferniae tam hic, quam in dicta Consti-
 tut. Regni, incip. post mortem, & ex omni sui
 parte remanet ruta, & sicut est verissima,
 ita passim à DD. recepta. Sequuntur enim
Iferniam

23. *Affl. hic d. num. 9.*

Balzaran. num. 13.

Jacob. de Ayello in tract. de iure adohæ, nu. 75.

Frecc. d. anth. 3. num. 39.

*Petr. Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 16. in cap.
 de iure releuij num. 4.*

Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 3. n. 6 36. & seq.

Reg. Rouit. in d. prag. I. nu. 16. de offic. procur.

Cæsi.

*Reg. Tap. in d. const. Regni, incip. post morte,
 num. 18.*

Camill.de Medic.d.conf.55.n.2.

Episcop Campanil.Practicabil.Ecclesiast.tricen. I.quæst. 21.

Borrell. d. tit.de Releuio num. 11.

Capan.de releuio par. 4.q.28.

Rota sub die 10. Decemb.1639. Coram Bucabella,quam decisionē refert Donat. Anton.de Marin.resolution.quotid. cap. 235. num. 21.

Sed omnia,quæ diximus,hodie videntur inutilia, ex stylo Regiæ Cameræ, quem moderni referunt : *Montan.* enim in cap. *Imperiale*, §. *præterea si quis infendatus*, n. 52. 24 scribit, quod stylus Regiæ Cameræ se habet, quod Ecclesia, quæ tenet feudum à Regia Curia singulis quindecim annis soluit releuium, & appellatur vulgo quindennum, *Capan.* d. p. 4.q. 27. num. 8. *Bilocta in conclus.feudali conclus.* 13. num. 12. *Io. Bapt. Thor.* in *supplem. Compend. Decision.* in verbo *Releuium ab Ecclesia*. Et *Montan.* subdit sic vidisse per Regiam Cameram decisum, & exequutum in anno 1624. in causa Monasterij Montis Oliueti cum Regio Fisco.

Mar-

Marchio Belmantis in d. Constit. Regni,
 25 incip. Post mortem, num. 18. postquam dicit,
 Praelatum non teneri ad releuium, subdit,
 Licet quoad feuda, que possidetur per Uni-
 versitates, consuetum sit, releuium selui
 singulis quindecim annis, & nihil alle-
 gagat, & videtur facere differentiam inter
 Praelatos, & Vniuersitates.

Quare est videndum de veritate harum
 assertionum, & primus omnium Marinus
 Frecc. in dict. auth. 3. num. 15. circa medium,
 26 loquutus est de feudo Vniuersitatis, cuius
 dominium semper est penes ipsam, & non
 penes Syndicos, qui sunt tantum defenso-
 res, & administratores, ut in authent. de de-
 fensor. Ciuit. & dicit Freccia, quod in Regno
 singulis quindecim annis, quando conceditur
 feudum Vniuersitati prestatur releuium, hac
 est forma Cancellariae, quando prestatur af-
 sensus, fuit certa taxa ex super inductione
 antiqua, seu magis conventione partium a
 principio dationis feudi, nec potest dari de
 hoc vera ratio, nec arbitrari ex l. hereditatum
 ff. ad leg. falcid. quia singula singulis adaptar-
 eur casibus, & separatorum est separata iuris
 censura. Huciusque Freccia, Qui non de sty-

lo Cameræ sed de stylo Cancellariæ loqui-
tar in præstatione assensu, non de omni-
bus feudis ab antiquo per Vniverstates
acquisitis absque dicta clausula, sed de cō-
cessis cum clausula præstationis reueij in
assensu; & ideo non est moribus introdu-
ctum tale quindennium, siue releuium,

27 nec ex aliquo iure per Vniverstatem de-
betur Curia, sed quando Dominus ex-
pressit in assensu, & sic quando ab initio
dationis feudi fuit reseruatum, & conuen-
tum, quod non negat. *Isernia* hic num. 16.
nec ab aliquo potest negari, dum fuit ex-
pressum, & reseruatum in principio datio-
nis feudi, sicut & in beneficijs, & bonis
emphyteuticis Ecclesiasticis expressè est
28 prouisum de quindennio per plures Pon-
tificias Constitutiones Pauli II. Pauli IV.
Pij V. & Sixti V. de quibus latè tractat
*Nouar. tom. 1. bullar. in tit. de quindenniorū
exactione.*

Nec est verum illud aliud, quod dicit
29 *Freccia*, non posse dari rationem de illa-
solutione facienda singulis quindecim
annis, cùm sit desumpta ex tax. in l. si quis
argentum, s. sin auctem donator, C. de donat.

Ex

Ex Ecclesia ergo desumitur, qđ est stylus
 Cancellariæ in datione feudi; quod sit Ec-
 clœsæ in assensu referuati relevium ad be-
 neficium Curiae, ex quo styllo fuit alias di-
 sputatus articulas in Regia Cameray & in
 Collaterali Consilio, si tenetur Rex assen-
 tire in alienatio feudi; quæ sit in Eccle-
 siam, quæ offert soluere quindennium; &
 quia assensus, & si sit gratia continet, tamē
 iustitiam, & absquè causa, non potest de-
 negari tamquam de solitis concedi, Isern.
 in cap. I. de probib. feudal alienac. per Lothar.
 Camerarii in d. cap. Imperiale, car. 44. lit. S.
 Reg. de Pont. in d. tract. de potest. Proreg. tit.
 de assensu Reg. super dote, S. 1. dicit, Tasson.
 obtinuisse consultationem à Regia Came-
 ra, & Collaterali Consilio in beneficium
 Monasterij, in pragm. de antefact. vers. 2. ob-
 seru: 2. à nu: 116. cum pluribus seqq. & dicit,
 Tasson. obtinuisse consultationem, qđia
 dum agitur de assensu in beneficium Ec-
 clœsæ, deuenit feudum ad manus mortuas,
 cap. si gratiōe, de rescriptis; in 6. i. & Vicerex
 3. i. non potest assentire, sed Regis requiritur
 assensus, vt in prag. 4. in 1. c. de feud. & respe-
 cti hypothecæ et adiuncta causæ, quod
 in

in ascensu apponitur clausula; dummodo succedente casu alienatio fiat personæ habili, & cum dicta clausula præstat Vicerex assensum validè, Reg. de Pont. in tract. sit. de assensu Reg. S. 8. & hæc de stylo Cancelariae.

3.2 Circa vero stylum Regie Cameræ, quæ Moderni referunt, inuenio duas decisiones eiusdem Regie Cameræ sibi contrarias, et aduersantes; siquidem in causa Ciuitatis Sulmonis cum Regio Fisco de anno 1563. fuit indicatum, teneri Ciuitatem Sulmonis ad solutionem releui Regie Curiae singulis quindecim annis pro baiulatione, quam in feudum à Rege tenebat, quod releuum vulgo quinadennium dictum, deinde per eandem Regiam Cameram de anno 1632. fuit declaratum ad beneficiū emptoris eiusdem Ciuitatis tāquam comprehensum in venditione facta à Curia de ipsa Ciuitate, & Ego fui Aduocatus Ciuitatis, sed post dictam decisionem de anno 1563. iterum articulus fuit disputatus in causa Ducisq[ue] Amalphiq[ue] cum Vniuersitate Maiori, & discussio punto, & discussa prædicta p[re]cedenti iudectione anni 1563. fuit iudi-

indicatum contrarium, & absoluta Vniuer-
 sitas à prætensa per Ducissam solutione
 relevij ex doctrina Isernii hic loquenteris
 de Prælato, quod scilicet dominium feudi
 est penes Vniuersitatem, & non penes
 Sindicos, qui mutantur, non autem muta-
 tur Vniuersitas, refert has decisiones Ioan.
 Bapt. Thor. in 3. par. Compend. sect. 3. in
 vers. relevium an soluere teneatur, & in
 33 vers. seq. quare attestatio styli Regie Ca-
 mberg, & contra Ecclesiam, & contra Vni-
 uersitatem est dubia, & DD. communiter
 dicunt non esse ligendos pedes in Docto-
 re attestante de stylo, & de consuetudine
 ut in materia feudali dixerit Atias de Mesa
 lib. 2. variar. cap. 1. g. n. 9. Est verum, quod
 34 intrat videre si presupposito stylo Regie
 Cancellarie, de quo loquitur Frecc. non ap-
 posita in assensu, vel in inuestitura clau-
 fula de soluendo relevio, seu quindecim
 censeatur apposita tamquam de solitis,
 & de stylo, ut propterea sit verum asserere,
 hodie Ecclesiam, & Vniuersitatem teneri
 ad solutionem relevii singulis quindecim
 annis, licet de eo in inuestitura, frue assen-
 su non sit facta mentio, & hie de articulus

ge-

generalis sit nimis controversus de clausulis apponi solitis, & omissis, utrum censemantur apposita, de quo copiose Moderni distinguentes inter clausulas respicientes substantialia, naturalia, accidentalia, & accessoria actus, Farinac. tom. 5. praxi crim. de falso, & simulat. quest. 157. nū. 52, cum seq. Mantic. de tacit. & ambig. concreta lib. 3. tit. 9. Mascar. de probation. tom. 2. conclus. 1402. & seq. Anton. Fab. de error. Pragmat. decad. 1. error, 1. Gajt. de credit. cap. 4. quest. 6. nū. 133. & quest. 14. num. 2072. Tamen 36 in materia feudalii habemus particulares doctrinas, & de clausulis accessoriis constituti, & precarii, & pacti de capiendo propria autoritate, quod omissis censemantur apposite scribit Marin. Frecc. d. lib. 2. q. 15, sequitur Reg. de Pont. in conf. 13. nū. 50. lib. 2.

37 Sed de ista clausula de stylo Cancellarie apponenda circa solutionem relexii, seu quindennii facienda per Ecclesiam, & Vniuersitatem, dico, non censi appositā, & omissam haberī pro ommita, iuxta dictam decis. Regiæ Cameræ in dicta causa. Ducilsc Amalphic cum Vniuersitate Ma-

iu.

iuri, relecta dicta decisione in causa Ciuitatis Salmonis; ratio est in promptu, quia in posse Domini est concedere feudum in manus mortuas, sicut & assensum praestare, cap. 1. de alienat. feudi, sibi est imputandum, dum non expressit, quod poterat, l. veteribus, ff. de pactis.. Sumus in contrario, & assensu, in quibus omissum, habetur pro omissio, & negligentia officialis, Domino eligenti est imputanda; non tamen debet, nec potest obligare partes non consentes, l. non omnis, ff. si certum petatur; Recepserunt eam inuestituram, vel assensum absque dicta clausula, & aliter non receperissent tenor inuestiture, & assensus, qui loco inuestiture est, attenditur, etiam quod sit contra consuetudinem feudorum, quia ex conuentione feudum accipit formam, Bald. in L. cum te, ff. de pactis inter empe. & vendit. Et in cap. 1. S. præterea, quid sit inuestitura, Affl. dec. 335. num. 15. Sic se habet communis, & practicata opinio, quod clausulæ, quæ de stylo Cancellariæ non sunt apponendæ, & apponuntur, sunt feruandæ, aliæ irritatur actus, & si omituntur clausulæ, quæ de stylo Cancellariæ

E sunt

sunt apponendæ, non tamen suæ necessa-
riæ, non irritatur actus, & tenor tantum
attenditur, sic iudicatum est in S.C. Afflic.
dicta decis. 335. num. 15. Regens de Pente
consil. 5. num. 32. cum alijs seq. lib. 1. Regens
Rouit in pragmat. 1. num. 112. de fide memor.
& in decis. 84. num. 2. Nec clausula, iuribus
40 nostris, & alienis semper saluis, aliquid in
hoc casu operatur, quia reseruatio illa con-
seruat ius, quod Curia habet, non autem
de novo aliquod ius tribuit, Praef. Franch.
decis. 540. num. 15. & dum ex concessione,
& assensu in Ecclesiam, nullum competit
Curiae releuium, nihil habet, quod conser-
uet illa clausula, ut considerat Reg. Reuert.
decisio. 13. & sequenti, parte usq. in manu-
script.

41 Hanc meam sententiam limito, quan-
do præcederet decretatio, quod fiat in for-
ma, & in priuilegio deinde esset omis-
sæ clausula de solutione quindennij, tunc re-
chè, & si omissa, censeretur apposita ex
voluntate Domini, qui voluit fieri priuile-
gium in forma Cancellariæ per illa verba,
Fiat in forma, & sic secundum stylum Can-
cellariæ, & consequenter cum clausula
de

de solutione quindenij , quando officiales clausulam omiserunt, fuit negligentia contra voluntatem Domini , cui non potest imputari , & tenor decretationis est attendendus , & feudatarius non debet accipere contra voluntatem Domini , sic intelligitur iudicatum in Collatetali Consilio facta relatione per Regiam Cameram , Fisco & partibus auditis , ex regula , quod operatur propositum in proposito , operatur oppositum in opposito , *l.fin.S.fin.ff.de legat. 3. in causa Mariæ Bernizzone cum creditoribus mariti, Reg.Rouit. in d.decif. 84.* quam exornat , & in assensu super cessione actionis feudalnis procedere scribit *Francisc. Maria Prat. disceptat. forens.c.26. num.39.*

42. Habet & dicta quæstio aliam inspectionem , quid si in inuestitura, vel in assensu sit reseruatum seruitium , an intelligatur etiam reseruatum releuium , & dico, quod non intelligitur reseruatio de releuio, quia & si dum Curia exigit releuium , non tenetur hæres vassallus pro illo anno solvere seruitium adohæ, nè hæres duplice onere grauetur , & nè remaneat absque fru-

cibus in illo anno, & ita videtur quo-
 dammodo releuum in eo anno succede-
 re in locuſ ſeruitij : tamen releuum
 non eſt ſeruitum, pŕefatur pro confirma-
 tione veteris inueſtituræ , & poſfeſſio-
 nis , vt ſuperiū dixi , & in puncō con-
 ſiderat *Regens de Ponte Lect. Feud. 2. 2. y 1.*
 Inueſtitura, ſiuè aſſenſus de releuio expteſ-
 ſe , & clarè loquitur, quod non eſt ſerui-
 43 tium , & nulla indiget interpretatione fa-
 cienda ſecundūm ſtylum , & conſuetudi-
 nem , tunc intrat interpretatione , quando
 inueſtitura , ſiuè aſſenſus eſt dubius ; tunc
 recurrit ad ſtylum , & conſuetudinem ,
Afflict. in cap. I. num. 10. an. 25. nat. Mantica
dicit. tit. 9. num. 31. Eſſet aſſenſus ; ſic
 inueſtitura dubia, quando eſſet reſeruatum
 releuum , & nihil dictum de ſolutione fa-
 cienda ſingulis quindecim annis ; tunc eſ-
 ſet facienda interpretatione , & ſecurren-
 dum ad ſtylum , conſuetudinem. Sc. viſum ,
 & abſque dubio ſolutio eſſet facienda ſin-
 gulis quindecim annis, iuxta viſum, & con-
 ſuetudinem ; tempus eſtim , & quantitas
 ſubiaceſt ſtylo . & conſuetudini , *Ifern.*
 hic num. 16. Et ex his teſtare regula *Ifer-*
 niae

nre vndique tutâ, circa solutionem de re-
 leuij faciendam per Prælatum; Conse-
 quens est, videre de illa ratione *Isernia*,
 quod præstatio releuij est inducta in uno
 casu, scilicet successionis in feudo, quo-
 modo hoc procedat, in quo consideran-
 tur multi casus, & primus est casus di-
 45 sputatus in Regia Camera cum Alexan-
 dro Galeota. Episcopus enim Squilla-
 censis patruus Alexandri emerat feudum
 à Principe Bisiniani pro se sua vita du-
 rante, & post eius mortem pro dicto Ale-
 xandro nepote, mortuo Episcopo dice-
 bat Alexander, non teneri ad solutionem
 releuij, quia ipse non succedebat Episco-
 po, sed erat in assensu vocatus proprio
 nomine; tamen quia Alexander in vita
 Episcopi non acquisierat feudum, sed post
 mortem Episcopi fuit iudicatum, teneri
 ad solutionem releuij iuxta doctrinam
Isernia Regen. Reuert. dec. 35. parte 4. in ma-
 46 *nuscript.* & ex hoc oritur quæstio de eo, qui
 venit iure accrescendi, an teneatur ad so-
 lutionem releuij, de qua in sequenti.

ERRATA TYPIS CORRIGE.

- In literis dedicatorijs . superiucunda *lege* periucunda.
In summario,num. 18. cum creditoribus, *dels* cum.
Ibidem num. 44. quantitatis, *lege* quantitas.
Fol. 6. à fronte , §. propterea, §. præterea.
Fol. 7. Baylo, Bayle.
Fol. 11. nu. 10. Vassallus , Vassalla.
Fol. 12. num. 12. ipsa , in ipsa.
Fol. 13. num. 16. quod quidem, qui quidem.
Ibid. Caput. Capan.
Ibid. num. 17. num. 40. num. 4.
Fol. 14. nu. 18. manuscriptæ manuscripto.
Fol. 16. pet. *lege* pet. deb.
Ibi. & in Const. *dels* &
Ibid ex contracto. & contractu.
Fol. 21. quod fit Ecclesiæ, quæ fit Ecclesiæ.
Fol. 22. nu. 32. idecione. decisione.
Fol. 23. nu. 33. dixerit. dixit.
Fol. 24. n. 35. quæst. 6. & q. 11. *lege* quæst. 6. & quæst. 11.
Fol. 24. nu. 37. facienda per Ecclesiam. faciendam per
Ecclesiam.